

Cap 242

L A Z A R I

B A Y F I I A N N O -

T A T I O N E S I N L E G E M I I

De captiuis & postliminio reuersis,

in quibus tractatur De re nauali,

per autorem recognitæ.

E I V S D E M Annotationes in tractatum

De auro & argento legato,

quibus Vestimentorū & Vasculorū genera explicātur.

His omnibus imagines ab antiquissimis monumentis
desumptas ad argumenti declarationē subiunximus.

I T E M

ANTONII THYLESII De coloribus

libellus, à coloribus vestium non alienus.



BASILEAE ANNO M D XXXVII

FRANCISCO
VALESIO REGI FELICISS.
LAZARVS BAYFIUS VICTORIAM



ARCO VARRONI
asseuerati disciplinas om-
nes, Rex regū Christia-
nissime, in Græcia intra-
mille annorum tempora
& inuentas & perfectas,
facile credat is, qui ad hu-
iuscē nostri seculi felici-
tēm, qua mirabilitē sub-

te principe fruimur, animum conuertere non graua-
bitur. Te enim & authore & adiutore, his paucis qui-
bus Galliarum clauum tenes annis, plus promouisse
literarum linguarumq; studia uidebit, q; quantum
sub alijs omnibus ab aduētu Francorum in Gallias
nostris principibus. Sunt de Regibus nostris, qui Iu-
dæorum gentem superstitioni deditam è Gallia ex-
terminauerint: tua maiestas, exclusa Iudæorū super-
stitione, Iudæorum linguam Lutetiæ Parisiorum sic
uigere uoluit, ut habeat non paucos, qui literarum
Hebraicarū cognitione cum ipsis Iudæorum Rabī-
nis possint decertare. Græcos autē eos in tua Gallia

a z aluisti

LAZARI BAYFII

ANNOTATIONES IN L. II. TRACTA-

tus De captiuis & postliminio reuersis

& de redemptis ab hostibus,

lib. XLIX Pandectarū.

L. II. Marcellus,

NAVIBVS LONGIS ATQVE ONERARIIS
PROPTER BELLI VSVM POSTLIMI-
NIVM EST: NON PISCATORIIS, AVT
SI QVAS ACTVARIAS VOLVPTATIS
CAVSA PARAVERVNT.




NTE QVAM ad huius legis
interpretationē aggredior, le-
ciorem premonitum uolo, ut
existimet me in studiosorum
gratiā id oneris suscepisse,
Qui (si modo assetus sum
quod uolebam) hisce meis ui-
giliis non mediocriter iuuari
poterunt, modo ne grauētur
ista nostra in manus sumere,

& tāta animi uel æquitate uel alacritate percurrere, quā-
ta nos ea diligentia, quantoq; tum studio, tū sudore con-
scripsimus. Euoluendi nobis fuerunt omnes qui extant
utriusq; linguae authores, ut inde sumeremus ea quæ ad
naualis nostri, & armamentarij ornamētum facere uide-
rentur: in quibus sanè colligendis, & undiq; conquiren-
dis, non parum molestiæ nobis fuit: in habendo autē de-
lectu iudicium adhibui, quale quātumq; potui, conferen-

b dis

etur. Thucydides in I. φαίνεται οὐκ τοῦτο πολλαῖς γράμμασι ὑπέβη
γράμματα τῷ βασικῷ, θίγεται δὲ οἰκουμένη γράμματα, πρὸς οὐκοντόροις δὲ
τοιούτη πλοιοῖς μετροῖς ἐγράμματα ὠποφένενται. id est, uidentur
autem hæc multis post Troianorum res seculis facta
fuisse. Et paucis quidem utebantur triremibus, actuarijs
autem quæ quinquaginta remis agerentur, & longis præ-
terea nauibus instruunt erant, non secus ac illi.

Εἰκόνη Εργού, que uiginti remis agebatur, apud antiquos talis fuit.



Minores plerunq; uiginti, triginta aut quinquaginta re-
mis agebantur, & à Græcis dicebantur *εἴκοσι έργον*, τειχόν
lib. 2. οὐκοντόροις. οὐδὲ ναῦς οὐδὲ πεζοντα γραμματική.

εργον



VNC de fluuiatilibus dicendū, quæ sic dicuntur à Litu primæ decadis lib. x. Ibi captiuis proximo uico in custodiā datis, pars fluuiatiles naues ad superanda uasa stagnorū apte planis alueis fabricatas, pars captiuia nauigia armatis cōplent. Polybius in tertio, ποτάμων πλοῖον uocat, his uerbis: καταλύσεις δὲ στυπρᾶς θεοὺ γεφυρώσις τοῖς ποταμίοις πλοῖοις τῇ διάβασι, ἀσθεάτῃ δὲ ἐπέτεκτε στρατομηχανὴ πλῆθος, εἰς τοὺς δὲ πλαθαῖς εὐθεῶς ἐχρημάτησε ποὺς προαγεγόνοις πρεσβευτοῖς ὡς τὸ σωμῆγος τόπῳ, id est, quum secūdo die constiūset, flumenq; ponte fluuiatilibus lembis imposito iunxit. Asdrubali negotiū dedit exercitū traiciendi: ipse autem trajecto statim flumine respōsa dabat legatis, qui aderant à locis propinquis. Diodorus lib. xx. οὐ πολλῷ δὲ σικαφόῳ ποταμίῳ αὐτῷ προστεκνεσμένῳ, πάντῳ δὲ τότῳ εὑρίσκεται πάντα οὐ τοῦ γενουμένου αὐτοῖς αὐθαδεστροῖς, δι προτομηνοροῦ μετρίως ἡ πορθήτη. id est, multis illi conquisitis fluuiatilibus nauigiis, iis autem omnibus habentibus multiplicia telorum genera, uirosq; qui iis ex arte uti scirent, Antigonus cum suis non leviter premebat. Idē in eodem de Semiramide: οὐδεκανάσσαι κατασκευάζουν ποτάμων πλοῖον διαέρεται σὰ τὰ μετανόμωτα στρατευματία τούτην δὲ μορφηδηνα. id est, curauit construenda nauigia fluuiatilia, quæ facile soluerentur, ut expeditè magis transportari possent dissoluta, iterūq; ubi usus esset, cōpacta. Strabo eiusmodi naues πάκτωνες uocat libro xvii. οὐδεκανάσσην δὲ τῇ νήσῳ ἦδη πάκτωνος, οὐδὲ πάκτων σὰ σκυταλίσιων πεπυγός θεται, σκάφοιον ὡς τε ιουκέναι διπλοκίνω. Quod idē author πορθμοῖο uocat. Inter fluuiatiles sunt lītres quæ remis agebantur, ut palam fit ex Cæsare in vii cōmentariorum: Conquirit etiam lītres, has magno sonitu remorū incitatas

Fluuiatilia, naves.

ποτάμων πλοῖα.

πάκτων.

Littæ.

γένεσις τοῦ θεοῦ. id est, insuper & uelorum usum nautis introduxisse, rationemq; utendi docuisse. Græci uelum οὐδόντημα dicunt, & iſiōy. ut patet de οὐδόντῃ ex loco Luciani suprà prolato. Appianus, φυλάκεσσοντες ἀνεμοῦ ἐκ πόντων πλαώ πεπείσασθαις τοὺς iſiōes θερέοντας αὐτούς τοὺς οὐδόντας οὐρανῷ ὄληροις φρομβίαις iſiōes καὶ πνεύματα διάκρημα. Quibus uerbis clarior est, q; ut enarrari debeat, iſiōy pro uelo à Græcis accipi. Minus autem uelum dolo, Græcè οὐλῶν dicitur. Liuius IIII decadis lib. V. I. iam fermè triginta in fronte erat, quibus ut aequaret laevum cornu, dolonibus erectis altum petere intendit. Idem in eodē, Quod ubi uidit Romanus, uela contrahit, malosq; inclinat, & simul armamenta componens opperitur insequentes naues; iam fermè, &c. Et paulopost, Sublatis dolonibus effuse effusare contendit. Diodorus lib. X. V. οὐ ναῦς φορῶ πνεύματας ἀπλακεούσῃ, Τούτωνος ἀρθρίζεις θύεψυχε τὸ Λινδιανοῦ. Plutarchus in Tyberio, ὡς περιστατεῖνομον τούτος ἀγνοεῖντος οὐδὲν μάλιστα οὐδεὶς οἶστος λαθερικόμην, οὐδέλαντες καλῶσι. Quibus Plutarchi uerbis, dolonem accipere debes pro teli genere, nō pro uerbi ponitur à Iureconsulto in. I. si ex plagis. §. tabernarius, in tractatu Ad legē Aquiliā. Velum quod à tergo est επισθομος uocatur à Julio Polluce. Nauis ab eodē Polluce Antigonī θιαρημος dicitur, quæ trina uela habet, trinosq; malos; quo uerbo utitur & Lucianus in dialogo, qui πλοῖον uel θυράντη inscribitur, οὐ γιγάντιον πλοῖον τοτεις θεατήσις οὖμ προσκεδετούσι τοισι, ει τοισι περιστασιοι περιστασιοι τοισι

δέ τοι μακρινής ορθούσης πληρωμάτων διεσώθησεν πότες τοι αὐτοῖς γόνος στρατόπεδον. id est, aliae autem contendentibus summa alacritate ipsis sociis naualibus, se ad exercitū Antigoni receperunt. Liuius libro primo tertiae decadis, Nam ut sociis naualibus affatim instructam classem, ita inopem militi habebat. uide ut alios ponat, pro sociis naualibus, alios pro milite & propugnatoribus. Idē in sexto tertiae decadis, Scripto deinde exercitu, de remigū supplemēto agi cœptū: in quā rem, cū neque hominū satis, nec ex quo parentur, stipendiumque acciperent, pecunia quicquā ea tempestate in publico esset: edixerunt consules, ut priuati ex censu ordinibusque sicut antea remiges darent cum stipendio cibariisque dierū triginta. Et paulo post subdit, Nam unde cum pecunia in ærario non esset paratueros nauales socios: Quibus uerbis constat Liuium uocare nauales socios, quos superioribus uerbis remiges dixerat. Idem Liuius in decimo quartae decadis, Nec rei naualis cura omissa, duumuīros in eam rem consules creare iussi: per quos naues uiginti deductae naualibus sociis ciuium Romanorum, qui seruitutē seruissent completerentur, ingenui tantum ut his præessent. Et sane quum uerbo completerentur, utatur Liuius, satis indicat nauales socios eos esse, quos Græci πληρωματάς dicunt. & ita uertimus in plerisque locis suprà citatis. Hic nostram sententiam euertere uidetur Lucianus, qui De uebris narrationibus, aliter uidetur id uocabulum usurpare. ait enim, πεστελλόντο δὲ οἵμης ἀπὸ δύο πληρωματῶν εἰ μαχοντο. Quo loco πληρωματῶν non potest intelligi pro sociis naualibus, sed potius pro ipsis nauigiis instructis & armatis: ut uertendum sit, Impetu in nos dato binis nos nauigiis armatis circunsistunt. Subdit enim ipse Lucianus haud ita multò post: Καὶ σὺντοῦ οἴστησεν

manus rotis reddere se dicit. Polyb. i. 79. tales à Tare se rāvē amonatae sunt. Etiam Tare
rāvē ad alios eam dedit. ita lib. 21. haud puerum Tare rāvē classem militum manusq; socios rāvē palam
lesq; p; socios, equumq; passim dimisso cu magna opere, maiores fugae ad manus compulsi. Polyb. 3. i. qui haec tales sacerdos aene
pugnando nō Tare recuperat. Tare aene p; milites mōlēs p; obitūr aeneas, Tare 3^o. In rōvōs q; rāvē uocare quo
q; Tare Tare rāvē. Iun. lib. 37. ita nō milites sed et manus socios, rāvē turbam, quibusq; gemitis pote
rat felis armatos in plūm edidit. item lib. 43. horribilium quoq; in altis hyeme pariter ac s̄tate ma
nus socios h̄c p; domos suas pleras turba rāvēt. V. j. seruū socios manusq; nemini p̄flos magis
eros in hospitio dediti q; rāvē confice. sunt itaq; socios manusq; manusci eos ut ex his p; adductis rāvē
q; Iun. lib. 49.

μῆτα τὰς χεῖλας τοῦ κινδύνου αὐτοῖς ἐφοίνυσεν. ὡς δὲ οὐκέτι οἱ πόροι
τὴν κόρην, αὕτη δὲ θεατρική τὰς χεῖλας τοῦ κινδύνου αὐτοῖς
βασφῆ, οὐκ ἔφη περὶ σόκεως ταύτης τοῦ πρακτέα, εἰμὶ αὐτὴ ημέρα
τοιούντος εὐδαιμονίας τοῦ τοῦ κινδύνου χειλῶν διεπεστέραν. οἱ μὲν τοίνυντες
κλῆσις οὐδὲ σύντομή τε ήτος ηγάπη τοῦ λύθρου αὐτοῦ εἴσατο, ηγάπη τοῦ λύθρου
ἐκόμισε τὴν κόρην, πρῶτη οὐδέποτε δύρετας τῷ τυείᾳ λόγῳ φίλη
φοινίσας βασφῆς. Hoc est, Tyrīj ferunt, Herculem captum
amore nymphæ indigenæ, quæ Tyrus uocabatur. Secta
batur autem Herculem canis, ut erat mos antiquus. No
sti enim quod simul cum heroibus canes in concionem
ingrederentur. Canis igitur Herculeus purpuram per sco
pulum adrepentem conspicatus, ipsius prominentem ca
runculā mordicus adripuit, & pro cibo usus est, cruentis
labra canis colore phœnicio infecit. Ut uero rediit he
ros ad puellam, ipsa conspicata canis labra insueto colo
re infecta, negauit sibi quicquam posthac cum illo fore,
nisi si uestem canis labris speciosiorem afferret. Sic itaq;
Hercules concha illa inuenta, cruentem collegit, munusq;
puellæ attulit, primus inuentor, ut Tyrīj perhibent, phœ
niceæ infecturæ. Hæc ferè ad uerbum, ut rudiiores Græ
ca intelligent. Imperatores Romani priuatis purpuræ us
sum interdixerunt, in titulo, Quæ res uendi non possunt,
libro quarto Codicis.

o n d i s
*purpura
veshs*

gta Nebi

Purpuræ autem appellatione omnis generis purpu
ram contineri puto. Itaq; buccinum & conchylium con
tinebitur, 1. Si cui lana. supra De legat. tertio. in uulgatis
codicibus legitur fucinum & iacinatum, uel iacinum, &
in horum interpretatione mirandum in modum hallucis
natur Accursius, cum ex Plinio constet buccinum & con
chylium inter purpuræ genera adnumerari. Nec admo
dum placet, quod Nebrissensis ianthinum legit. Purpuræ
usus nobis est ignotus, quod & affirmat Budæus in libro

*Paludamenti, & sagi, ac caligæ militaris figura, ex antis
quissimis marmoribus Romæ inuentis.*



LAZARI BAYFII ANI
MADVERSIONES IN TRACTA
tum De auro & argento
legato.



N capite Vxori quis legavit, quæsitum est an carruca dormitoria. Carruca uehiculi genus est à carro deductū. Quam & thedā uocat Martialis, ubi de Basso, Faustine plena Bassus ibat in theda. Subdit enim, Nec feriatus ibat ante carucam. Plinius libro trigesimotertio , conqueritur

quod sua ætas carrucas ex argēto cælare inuenerit, quas & aureas fuisse testatur Martialis in quinto,

Aurea quod fundi pretio carruca paratur.

Antonius Heliogabalus, ut author est Aelius Lampridius, cum priuatus esset, iter nunquam minus sexaginta uehiculis fecit: Imperator uero etiam sexcenta uehicula dicitur duxisse: asserens decem millibus camelorum, Per sarū reges iter facere: & Neronē quingentis carrucis iter inisse. Surenas autē Persarū regis præfectus, ἐν λαευτικῷ ἔως τὸν χιλίας σκευοφορόμενος καμήλοις καὶ ὄφεσίας ἀπίναται ἐπηγέν παλαικίσθη. Plutarchus in Crasso, Δημοδέρης πάθει τῶν συμμορίων, de eodē rege Persarū inquit: καὶ τί τὸτε δῆμος πρὸς οἰλακοτίας καὶ χιλίας καμήλων, ἃς βασιλεὺς τὰ γρήματα ἀγύρῳ φασιν δῖτοι. Plutarchus etiā in Alexādro, τῶν δὲ ἄλλων κατασκευῶν, οὐ τὸ πλῆτον ἐπικομιδῆμα φασί μνεῖσι ὄφεσίοις ζεύγιση οὐ πεντακισχιλίας καμήλοις. A cartuca

G 2 dicun

Vrcei figura, quo aqua in encum infundebatur.



L 3 Vrcei



BASILEAS APVD HIER. FROBENIVM
ET NIC. EPISCOPIV M ANNO
M D XXXVII

